





1672.

1. Ammann, Paulus: Programma, disputationi
invenit, Theodori Oblyschii praemissum.
2. Burg, Engelbertus, de: De abusu mercaturae, quate-
nus in jure coercetur
3. Carpzovius, Augustus Benedictus: De jure postlimi-
ni.
4. Geslerus, Fridr: De purgatione vulgaris. 2 Sampl.
1672. 1733.
5. Geslerus, Fridr: De temperamentis palmarum.
2 Sampl.
6. Geslerus, Fridr: De actione injuriarum ad patri-
monium.
7. Melich, Johannes Mauritius: De protestationibus
8. Meubius, Fidericus Tobias: De jure hospitii merce-
narii

1672

9. Rechenberg, Adamus: De lege sumptuaria
10. Rivinus, Augustus Curianus: De libertate pro-
magna.
11. Romanus, Caspar Theophilus: De adjecto.
12. Romanus, Paulus Franciscus: De emptione et vendi-
tione feudi.
13. Romanus, Paulus Franciscus: De captivitate.
14. Romanus, Paulus Franciscus: De legitima
15. Romanus, Paulus Franciscus: De jure retentionis
16. Romanus, Paulus Franciscus: De privilegiis nupti-
alibus 2 Simpl. 1672: 1725
17. Romanus, Paulus Franciscus: De paracheragis.
18. Romanus, Paulus Franciscus: De actis publicis sive
judicialibus.
19. Schiltnerus, Godefridus: De poenitentia illustrata pro-
simum ex contractibus imoninatis

1672

20. Schrenkendorfferus, Bartholomaeus Leonhardus: De
cantone Mutana.

21. Schrenkendorfferus, Bartholomaeus Leonhardus: De jure
retractus. 2 Suppl.

22. Schrenkendorfferus, Georgius Tobias, Cult-jur. ord.:
Programma, disputationi solenni Casparis Theophili Roma-
ni, Engelberti de Burg etc etc. praemissum.

23. Thomarius, Antonianus: De duplici majestatis subiecto.

24. Witzger, Samuel: De causis habitibus causarum

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



1622 3a
6

DISPUTATIO JURIDICA
De
**TEMPERAMENTIS
POENARUM,**

indultu
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

Sub
P R Æ S I D I O

V I R I

NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI

atq; EXCELLENTISSIMI

FRIDR. GEISLERI, Reiffendorf. Siles.

Ph. & J. U. D. Prof. Publ. ac Majoris Princip. Collegii
Collegiati Dignissimi,

*Præceptoris atq; Hospitis honorandi,
publicæ disquisitioni*

Die 12 Septemb. A. C. 1672. H. L. Q. C.
exhibita

AUCTORE

MAURITIO GODOFREDO HORN
Weiffenfelsâ Misn.

LIPSIÆ,

Literis JOHANNIS ERICI HAHNII.

REVERENDISSIMI ac SERENISSIMI
PRINCIPIS & DOMINI

DN. AUGUSTI,

Postulati Administratoris Archiepiscopa-
tus Magdeburgici, Ducis Saxoniae, Juliae, Cliviae
ac Montium &c.

in Dicasterio Provinciarum Hereditiarum
CONSILIARIIS SPLENDIDISSIMIS

DN. ADAMO SAMUELI Freystein /

Jcto & Vice-Cancellario eminentissimo, Gymnasii
Augusti Inspectori gravissimo, Professore Jurium
celeberrimo :

DN. GEORGIO FRIEDERICO

ab Helldorff /

Hereditario in Kyritzsch & Nethern :

DN. CONRADO à Posern /

Hereditario in Ober-Nessa :

DN. JOHANNI HELVICO SINOLDO

dicto Schütz / Jcto Celebratissimo :

VIRIS

*Generosis, Magnificis, Nobilissimis & multarum
rerum usu maxime conspicuis*

Dominis Suis Gratos

Patronis & Promotoribus

æternum venerandis

D. D. D.

MAURITIUS GODOFREDUS Horn /

A. & R.



I. N. D. N. J. C.

Prooemium.

REIPUBLICÆ interest, ne Maleficia maneant impunita *l. 51. §. 2. ff. ad. L. Aquil.* Quod effatum, quam Utile, quamque Neccessarium sit, ullâ vix indiget demonstratione. Nam cum nemo ex delictô conditionem suam faciat Meliorem. *l. 134. §. 1. ff. de R. J. & factum cuiq; suum non adversario debeat Nocere l. 155. ff. de R. J. necessariò ibi erit Pœna, ubi Noxia est. l. 22. C. de pœnis.* Pœna tamen non semper Æqualiter infligi potest. Cùm enim Pœna delictorum sit mensura *arg. l. 8. C. de vi publ. vel priv.* hinc prout quis Delinquit, ita Punitur *arg. §. 8. Inst. de publ. judic.* & ex Majori Delictô Major nascitur Pœna. *arg. l. 4. §. 1. de incend. ruin. naufrag. l. 28. §. 3. ff. de pœnis.*

Hæc tamen Mensura non ad Severitatem solùm, sed ad Lenitatem quoque inclinât, pœnasq; circumstantiis ita svadentibus, quandoque Leviores facere ac Temperare contendit. *l. 11. ff. de pœnis.*

Quod TEMPERAMENTUM POENARUM consideratâ tùm ipsius Dignitate, tùm Utilitate publicæ disquisitioni subijcere placuit. Constituemus autem nostri laboris **Partes Duas;** quarum

Prior exhibebit **Definitionem** Thematis,

Posterior autem occupata erit in **Causis TEMPERAMENTA POENARUM** constituentibus.

Invocamus insimul statim Divinum Numen, utpotè à quò *secund. Gloss. in Rubr. proœm. Instit. in verb. Jesu.* bonum est Initium, melius Medium & optimus Finis!

A 2

Pars

Pars PRIOR

exhibens

ΟΡΟΛΟΓΙΑΝ

sivè

quæ ad Definitionem Temperamenti Pœnarum spectant.

§. 1.

Cum nemo rem melius noscere videatur, quam qui QUID EA SIT, breviter & aptè explicare potest *Nicol. Everhard. in Topic. loc. à Definit. in pr:* istud autem, nisi VOCE prius perspectâ, atqve quò sensu pateat, exactius examinata, fieri nequeat. *Joh. Coras. in libellò de arte Juris c. 10.* antè omnia dispiendum erit, quæ acceptio vocabulis TEMPERAMENTI & POENÆ tum Alibi, tum in Præsenti tractatione conveniat.

§. 2.

TEMPERAMENTI vocabulum

1. cum Physicorum scholis familiaritatem contraxit. Illis autem desinente *Cl. Jac. Thomasiò in Physices parte speciali c. 28. §. 5. p. 136.* nihil aliud est, quam ipsæ quatuor Primæ Qualitates ad justam Temperiem prò mixti cujuslibet natura redactæ, seu adeò ipsarum Complexio.

2. inter Politicos scriptores tunc potissimum occurrit, quandò asserunt, dari sæpè duas vel plures simplices, easqve specie differentes Respublicas, quæ in unam coalescunt, & Mixtam constituunt. *Balth. Cellarii Pol. lib. 1. c. 6. §. 16. Wolffg. Heideri Philos. Polit. c. 6. p. 982.* ita tamen ut semper aliqua simplex forma præponderet. *M. Fr. Wendelin. lib. 1. Doctr. Polit. c. 8. th. 4. qv. 3.*

3. in sensu Juridicò, nihil aliud, quam Sententiam Humaniorē *l. 10. §. 1. ff. de Reb. dub.* ac Lenitatem à Severitate abstrahentem *l. 11. ff. de pœn.* designat.

Et hujus sensus Applicatio thesibus Præsentibus erit accommodatissima.

§. 3.

§. 3.

POENÆ autem vocabulum accipitur vel Γενικῶς & Latè,
ubi Quamlibet Delictorum coërcitionem designat.

vel εἰδικῶς & Strictè, ubi Multæ veluti speciei opponitur.

Ulpianus in l. 131. §. 1. ff. de V. S. & ibid. Jac. Rigos. §. 5. p. 370.

Utralibet acceptio instituto nostro est favorabilis.

§. 4.

His præmissis dicimus: TEMPERAMENTUM POENARUM
est PERMUTATIO [Genus] POENÆ [Materia objectiva] GRA-
VIORIS CUM MITIORI [Formalitas] OB CERTAM CAUSAM
ET FACTI QUALITATEM [1. Impulsiva] JUDICIALIS [2. Prin-
cipalis causa innuitur] INIQUITATIS EVITANDÆ GRATIA
[Finis.]

§. 5.

GENUS definitionis est Permutatio.

Hæc tamen vox non eò sensu capitur, quò in doctrinâ de Inno-
minatis contractibus *tt. ff. de rer. permutatione*, sed propinquum
ejus genus in classe prædicamentali est Actio.

Undè colligi potest ad quam classem rerum præsens spectet
Thema.

§. 6.

DIFFERENTIAM constituunt characteres à Causis petiti,
nimirum 1. Objecto 2. à Formâ 3. ab Efficiente 4. à Fine.

§. 7.

I. MATERIA Objectiva sunt Poenæ. Quemadmodum enim
Puniendi actus versatur circa Noxios autores *l. sancimus 22. C. de
pæn. l. 131. pr. ff. de V. S.*: ita noster actus Temperandi, occupatus est
circa Poenas, *l. 5. §. 2. ff. de pæn.*

§. 8.

Poenarum aliæ sunt Capitales, ubi infertur Mors vel Natu-
ralis per animæ amissionem, vel Civilis, i. e. libertatis aut civitatis
ademptio, *quâ de §. 2. Inst. de publ. Judic. l. 2. ff. eòdem.* aliæ sunt

Non-Capitales, ex quibus præter Infamiam Pecuniaria aut
in Corpus coërcitio aliqua poena est *d. l. & Wilh. Ludw. exerc. 18.
ib. l. F.*

Utraslibet temperamentum admittere liquet *ex Generalitate textus in l. 13. & l. 9. §. 11. & l. 5. §. 2. ff. de pœnis.*

§. 9.

Intelligimus autem Pœnas Jure Determinatas, non illas Arbitrarias. Ratio, quia Arbitrariæ pœnæ nunquam Ordinariam, sed Leviozem & Temperatiorẽ castigationem inducunt. *Matb. Wesenb. cons. 114. n. 34.*

Determinatio illa pœnarum utrum Lege, an verò Consuetudine præeunte fiat, parum refert. Consuetudo enim est altera Lex, *uti colligitur ex c. consuetudo 5. dist. 1. aut imitatur Legem, uti loquitur Justinianus in §. sine scripto. 9. Inst. de Jur. nat. gent. & civil.* Sed quid dicendum de Statutò? idem utiqve. Quia Statutum & consuetudo paribus passibus ambulant, *ex variis Dd. Aug. Barbosa lib. 17. c. 49. ax. 13. p. 777.*

§. 10.

II. FORMA consistit in Mitigatione & relaxatione Gravioris Pœnæ. Paulò aliter, sed satis ad rem loquitur Ulpianus *in l. 5. §. 2. ff. de pœn.* ubi Justæ pœnæ electionem *ἐπιφαλικῶς* distingvit à Temperamenti admissione. Verba ejus, quia quasi Sedem & Basin nostri Thematis constituunt, referre placet: *in omnibus, inquit, Criminibus distinctio hæc [scilicet utrum quis delinqvat Consultò, an verò Casu] Pœnam aut Justam eligere debet, aut Temperamentum admittere.*

Mitior autem inducitur pœna dupliciter: vel quandò Capitalis in Non-capitalẽ, vel Extraordinariam & Arbitrariam mutatur; vel cum prò Capitali coërcitione substituitur alia, sed non æquè gravis Capitalis pœna.

§. 11.

III. EFFICIENTEM causam aliam diximus esse Impulsivam, aliam Principalem.

§. 12.

Non facilè remittendas esse pœnas dudum rescripserunt Diocletianus & Maximianus *in l. 14. C. de pœn.* Facile, inquit, ut eò ipsò

ipsò tacitè illos casus exclusisse videantur, quorum IMPULSU intensioris pœnæ arcus remitti potest.

Casus illi innituntur certis Causis & factorum Qualitatibus, quæ ex Posteriori parte dispalescent.

Miseriordia certè hîc strenuè agit suas partes, Justitiâ nescio an annuente, an renuente. Imò illud potius velim, fretus auctoritate Cassiodori *lib. 2. var. ep. 9. pr. scribentis: sola est Misericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant.*

§. 13.

A QVO PRINCIPALITER illud Temperamentum expectandum sit, indicatur in voce Judicialis. Judicis officium requiritur ad mitigandas pœnas, non ipsius Rei. Quia nemo sibi ipse jus dicere potest. *l. 10. ff. de jurisdic. & l. un. C. ne quis in suâ causâ.*

Judicem intelligimus eum 1. qui Judex in illâ causâ & casu esse non prohibetur *l. 12. §. 2. ff. de judiciis & ubi quisq. agere vel conveniri.* 2. cui Merum imperium & Gladii potestas in facinorosos animadvertendi, competit. *l. 3. ff. de jurisdic. junctâ l. 6. 7. 8. ff. de pœn. & Generaliter* 3. qui de Jure respondet ac supplicia adversus reos constituit. *Ben. Carpz. parte 3 Pr. Crim. qu. 142. n. 38.*

Ratio est, quia pœnam [sivè Ordinariam, sivè Moderatam] is irrogare potest, cui ipsius Criminis sivè delicti executio competit. *Ulpianus in l. 131. §. fin. ff. de V. S. & quibus concessum est Judicandi arbitrium, iidem & ex causâ pœnas Moderari possunt, uti quidam loquuntur apud Petr. Heig. parte posteriore qu. 22. n. 2. p. 183.*

Dicta tamen non Simpliciter procedunt, sed sub certâ Distinctionis respectu. Pone casum, ubi ex causâ Legitimâ pœna Gravior cùm Mitiori permutanda est: hîc Inferiori Magistratui non aliter concedimus arbitrium minuendi, quàm si illud prius in Legibus expressum & consignatum est; *Job. Gæddæus ad l. 131. §. 1. ff. de V. S. n. 3.* alioquin enim tutius erit confugere ad Superioris magistratus decisionem *l. 9. §. 11. ff. de pœn.*

Hâc distinctione stante, sua stabit auctoritas Principi aut
Supe-

Superiori magistratui, utpotè ad quem spectat potestas disponendi circa pœnas, etiàm contrà Leges; *Christoph. Besoldus de modo Referendi c. 4. §. 2. litt. B. 1125. thes. pract.* stabit etiàm auctoritas per Leges expressas concessa. *Uti cordatè & nervosè hoc deducit laudatus & laudandus Petr. Heig. parte post. qv. 22. n. 34. & 6.*

§. 14.

IV. FINIS temperamenti *πρωεπιμῆ* est, Iniquitatis fuga. Eò tendit tota Jurisprudencia, quæ in §. 1. *Inst. de J. & J.* vocatur Justi & Injusti [quatenus est removendum] scientia. & in l. 1. *pr. ff. de J. & J.* ars Æqui & boni.

Cùm ergò non omnia delicta sint æqualia *Wolffg. Heideri philosoph. moral. part. 2. p. 916. ubi contrà Stoicos disputat*, nec Pœnæ possunt esse eadem. *Ulpianus in l. 9. §. 11. ff. de pœnis, & ibidem Gothofr. litt. M.* imò cùm una eademqve Delicti species alium quasi assumat vultum ex individualibus Circumstantiis, injuria esset, si judex omnimodam & arithmeticam æqualitatem observaret in Pœnis. Cavendum autem est, ne indè Injuriarum nascatur occasio, undè Jura nascuntur. *Gratian. Valentin. & Theodos. in l. 6. pr. C. undè vi.*

Pars POSTERIOR

eaqve

ΑΙΤΙΟΛΟΓΙΚΗ

recensens

Causas Temperatarum Pœnarum.

§. 15.

I. IMPUBERTAS.

Quamvis Impuberes proximi pubertati Doli sint capaces *l. 11. ff. de R. J. l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil.* attamen quia in illis propter Naturæ Infirmiorem, minor perversitas est. *Ben. Carpz. part. 3. pr. Crim. q. 143. n. 23.*

§. 16.

Indè huic ætati in omnibus ferè Pœnalibus Judiciis succurrendum

dum *l. 108. ff. de R. J.* ac pœna Mitior & Extraordinaria prò Judicis Arbitriò iisdem imponenda *c. 1. de delict. pueror. cui non obstat l. 7. C. de pœnis.*

§. 17.

Quod & Jus Saxonicum *approbat in Land-Recht lib. 2. art. 65. ibi kein Kind mag unter seinen Jahren was thun / daß es seinen Leib mit verwürcken möge &c.*

§. 18.

Quinam autem Pubertati proximi sint Arbitriò Judicis relinquimus. *Jacob. Menoch. de A. J. qv. c. 329. n. 5. Job. Coras. lib. 6. Miscell. 23. n. 8. Wilk, Ludwel. ad §. 18. Inst. de oblig. qvæ ex delictò nasc.*

§. 19.

II. MINORENNITAS.

Uti fragile & infirmum est hujusmodi ætatis Consilium *l. 1. ff. de minor.* ita etiam minor inest Dolus. Quoties autem Delictis minor Dolus subest, toties etiam minor Pœna injungitur. *Matth. Wesenb. in π. ff. ad L. Corn. de Sicar. n. 26. & quidam relati ab Andr. Fachin. lib. 1. controv. 71. §. 7. p. 57. b. Cùm utiqvæ Pœnæ sint commensurandæ suis delictis. l. 22. C. de pœn. Sigism. Finckelthus. observ. 50. n. 3. p. 385.*

§. 20.

Et hoc obtinet in Delictis non solùm Levioribus, sed & Atrocioribus, prò quibus simpliciter pœna mortis Naturalis vel Civilis, aut alia Corporis afflictiva imponitur. *arg. l. 38. §. 1. ff. de minor. Am. Eckh. in comp. ff. de privat. delict. §. 3. Jacob. Menoch. de A. J. qv. c. 329. n. 15. modò delinquens Nuper factus fuerit pubes aut aliò modò malitiam planè Supinam à se removerit. Ben. Carpz. part. 3. Pr. Crim. q. 143. n. 81.*

§. 21.

Adeò autem verum est, ut Minor committens delictum, ob quod ratione Ætatis puniri neqvit, nec ob id Major factus puniri debeat. *Dionys. Gothofr. in not. ad Schneidew. pr. Inst. de Auctorit. Tutor. n. 15. litt. A. Jul. Clarus lib. 5. sent. §. fin. qv. 60. n. 5.*

Ratio est, quoniam in Pœnis infligendis inspicitur status, qui

B

erat

erat tempore Delicti commissi. *L. 1. pr. ff. de Pœnis. Lud. Carer. in pr. Crim. tr. de Homic. & Assass. §. circa quartum p. m. 163. n. 8.*

§. 22.

III. SENECTUS,

quæ altera Adolescentia atque Pueritia est *Ben. Carpz. lib. 5. Respons. 90. n. 8.* & semper in Civitate Venerabilis existit *l. 5. ff. de jure immunit.* Mitioribus pœnis subjugatur.

§. 23.

procedit hoc 1.) in Senectute Decrepitâ, quæ mentis alienationem inducit. *Hillig. ad Donell. lib. 21. c. 7. litt. H. Gothofr. in not. ad Schneid. Inst. de Auctorit. Tutor. n. 20. litt. D.*

§. 24.

2.) procedit in Delictis Levibus, ac pœnis Corporalibus Afflictivis, quæque Existimationem lædunt; non verò in Pœnis Uniformibus & determinatis à Lege aut Statutò, putà Homicidii, Adulterii &c.

Ratio, quia in his Personarum respectus habendus non est. *Ben. Carpz. in Pr. Crim. p. 3. q. 144. n. 17. & 26.*

§. 25.

Hinc etiam fit, ut Senes ad Brevius tempus RELEGENTUR, quam Juvenes. *l. 2. ff. de term. mot.*

Ratio, quia Senes citius mori præsumuntur. *Jac. Menoch. lib. 6. præsumpt. 46. n. 32.*

§. 26.

Iidem ex debitò Civili in CARCEREM atrocem detrudî nequeunt; sed mitiori Custodiæ includuntur. *Hilligeri Donell. Enucl. lib. 27. c. 3. litt. Gg.*

§. 27.

Sic quoque Senes INQUISITIONIBUS, Quæstionibus ac tormentis [exceptò Crimine læsæ Majestatis *Job. Zang. tr. de quæst. & tort. reor. c. 1. n. 60. & 62.* utpotè in quò Eadem omnium personarum conditio est. *l. 4. §. 1. ff. de quæst. l. 16. C. eod.*] subjici nequeunt. *l. 3. §. 7. ff. ad SCrm. Syll. & Claud. Petr. Theodorici Criminal. c. 9. aph. 10. litt. C. n. 4. p. 1163.*

Ratio

Ratio, quia ejusmodi homines citrà Vitæ discrimen torturæ dolores & cruciatus pati nequeunt. *Am. Eckolt. in comp. ff. de quest. §. 9.*

§. 28.

Quamvis non negemus istos TERRITIONI Reali quoque subjici, aut tali Tormentò affici posse, quod in illos cadere possit. *Joh. Zang. de tort. reor. c. 1. n. 63.*

§. 29.

Quinam autem SENES DECREPITI sint & dicantur, judici relinqvimus Arbitrandum. *Jac. Menoch. de A. J. qu. cent. 1. c. 59. n. 3. & Andr. Gail. lib. 1. observ. 92. n. 7.*

§. 30.

IV. FUROR.

In ipsò Furoris actu delinqventes planè Non tenentur. *l. 12. ff. ad L. Corn. de Sicar.*

Nam cum Furor nihil aliud sit, quàm continua Mentis alienatio, quâ quis omni Intellectu caret *l. 14. ff. de off. Præs. perindè habendum, quod à furiosò in ipsò Actu furoris gestum est, ac si aliquò Casu sinè factò personæ accidisset l. ult. ff. de administr. & peric. tutor.*

§. 31.

Et hoc quoque in Atrocioribus criminibus locum habet *l. 13. §. 1. ff. de Offic. Præs. l. 14. ff. eod. l. 9. §. 2. ff. ad L. Pompej. de parricid. etiam quoad forum Conscientiæ Jac. Menoch. de A. J. qu. c. 325. n. 5.*

Quoniam Furiosus non intelligit quod agit *§. 8. Inst. de inutil. stip.*

§. 32.

Quid si autem Furiosus ad sanam mentem redierit? nisi simulato furore fecerit *d. l. 14. Non punitur. Petr. Theodor. Crim. c. 10. aph. 4. litt. H. n. 25. p. 1319.*

Voluntas quippè in Maleficiis spectatur, non Exitus *l. 1. §. 3. l. 7. l. 14. ff. ad L. Corn. de Sicar.*

§. 33.

Sin verò Dilucidi intervalli tempore deliquerit furiosus, interest, an sanæ mentis permanserit, & dubium non est, quin Ordinariam sustineat pœnam,

Tunc enim est in Dolò; ex Dolosò autem animò Delicta æstimantur. *arg. l. 1. C. ad L. Corn. de Sicar.*

§. 34.

Sin verò supervenerit rursus furor, Ordinariè puniendum esse quidam statuunt *per l. 14. ff. de Offic. Præs. Jodoc. Damboud. in Pr. Crim. c. 84. n. 7. confer. Andr. Fachin. lib. 9. contr. 5. qui tandem hoc negotium punitivum Judicis aut Principis arbitrio submittit.*

Contrarium tamen testatur Julius Clar. *lib. 5. sent. §. fin. q. 60. n. 7.* Idemqve nostris Moribus observari monet Andr. Gail. *lib. 2. obs. 110. n. 22.*

Tùm quia furiosus satis punitur suò furore *l. 14. ff. de Offic. Præs.* tum quia per omnia & in omnibus locò Absentis est *l. 2. §. 3. ff. de jure codicill. & prò Mortuò habetur l. pen. §. 1. ff. rem ratam habere.*

Tales autem nec Damnari *l. 5. ff. de pæn.* nec Puniri possunt Regulariter *l. 6. ff. de publ. Judic.*

In tantum hoc obtinet, ut quamvis Sententia lata sit, Executio tamen retardanda veniat. *Ludovic. Carer. in Pr. Crim. tr. de Homic. & Assass. vers. secundò excusat furor. p. m. 164. n. 3.* Ne scilicet Executio habeat Injuriam *contrà l. 13. §. 1. ff. de injur.*

§. 35.

Proindeqve pœna in Bonis *Job. Schneidew. ex Baldò ad §. 1. Inst. quib. non est permiff. facere testam. n. 12.* vel in Existimatione exferenda *l. 5. pr. verb. quæ existimationem ff. de pæn.*

§. 36.

V. AMOR.

Amorem retinere ac intrà debitos limites carcerare Perfectæ Philosophiæ est *Nov. 74. c. 4.* Mentem quippè non tantum Turbat & oppugnat, sed Evertit quandoqve & expugnat. *Petr. Heig. part. post. q. 38. n. 65.*

§. 37.

Quapropter non adeò abjicienda est opinio existimantium, Leviozem mereri pœnam eos, qui ex Amoris æstu & insaniâ delinqvunt *Jacob. Menoch. de A. J. qv. c. 328. n. 2. Andr. Tiraqvell. de pæn. ll. temperand. c. 3. n. 3. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. qv. 60. n. 30.*

§. 38.

§. 38.

Judex tamen qui Mitiores pœnam dictare vult, benè prius ponderet Circumstantias omnes, sinè quarum respectu sanum vix erit arbitrium. *Petr. Heig. part. post. q. 38. n. 69. p. 336.*

Hinc pœna Legis Corneliæ de Sicariis non temerè est sufflamanda, si quis Corrivalem amoris impulsu interficit. Quoniam istiusmodi Homicidia plerumqve ex Destinâtâ Voluntate animoqve consortis Impatiente procedere solent. *Andr. Gail. lib. 2. observ. 110. n. 23.*

§. 39.

VI. MENTIS CAPTIVITAS.

Utut aliàs Furiosus & Mente captus evidenter differant monente *Job. Jacob. Wissenbach. ad L. 5. ff. de R. J. n. 1. p. 8. Donell. Eucleat. lib. 7. c. 27. litt. B.*

§. 40.

Tamen Mente capti, Furiosis comparantur *l. 28. C. de Episcop. audient.*

Proindè quicquid de Illis dicitur, de his etiam prædicari potest *secund. Gloss. in §. furiosi quib. non est permiss. fac. testam.*

§. 41.

Idem etiam in,

PHRENETICIS

obtinere dicimus *cum Jac. Menoch. lib. 6. præsumpt. 45. n. 10.*

Phrenitis autem est mentis Alienatio cum Febre acuta, quâ cerebrum inflammatum Propria Primariaqve affectione laborat. *Bartol. Castelli lexic. Medic. p. 392.*

Ratio est, quia Phrenetici adeò sunt mente Alienati, ut penitus ignorent, quid agant. *Ludov. Gilhausen. Arbor. Judic. Criminal. c. 2. tit. 34. §. 4. n. 5. p. 203. a.*

Et si hi tempore Morbi deliquerint, *Jodoc. Damboud. in. Pr. Crim. c. 59. n. 4. prò Arbitriò Judicis plectuntur P. S. G. Ordn. art. 179. & ibi Dd.*

§. 42.

Excipimus autem eos, qui Hebetioris ac Simplicioris

B 3

Inge-

Ingenii sunt, quos Grossos & Grossolanos cum Interpretibus vocat *Petr. Heig. part. post. qv. 38. n. 29.*

Quoniam hi nec Totâ mente præditi, nec Totâ mente privati sunt, sed ad aliquem modum prudentiam capiunt. *Vigl. Zwibem. in §. 1. & seq. Inst. quib. non est permiss. fac. testam. n. 2.*

§. 43.

VII. MELANCHOLIA.

Quippè quæ delirium est ac depravatio Imaginationis & Ratiocinationis sinè febre & furore cum timore & mœstitiâ à phantasmate depravatô, ex spirituum animalium impuritate dependens *Gothfr. Moeb. Inst. Medic. part. 2. lib. 2. c. 11. p. 248.*

§. 44.

Proindè si ex statu Moderatô in Immoderatum degenerat & cerebrum hominis afficit, ut dehinc ad Depravatæ mentis specimina profiliat *Petr. Heig. part. post. q. 38. n. 35. & seqq.* tunc utiqve succurrendum & delicti supplicium ordinarium prò qualitate facti Minuendum. *G. A. Struv. Syntagm. Jur. Civil. exerc. 48. th. 10.*

§. 45.

Sic, si quis tristitiâ adactus AVTOCHIRIA sibi injuriam facit, commiserationem meretur, ac honestâ sepulturâ non privatur. *Jodoc. Damboud. in Pr. Crim. c. 88. n. 5.*

Rationem nobis suppeditat sæpè laudatus *Petr. Heigius part. post. qv. 36. n. 74. & 75.* quoniam de his Benè sperare debemus, & in Domô Domini ab Eventu de felicitate & infelicitate piorum non est æstimandum.

§. 46.

Quod etiam Jure Saxonum ita receptum esse testatur *Magnificus Dn. Job. Philippi, Patronus atq; Præceptor admodum honorandus ad lib. 4. tit. 18. Inst. eclog. 86. n. 10. p. 1037.*

§. 47.

VIII. SOMNUS.

Dormientes non solùm dicuntur rem Humanam & Naturalem pati *l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.* sed etiam quoad Intellectus cessatio

tionem Furiosis comparantur *l. 1. §. 3. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. 31. §. 3. ff. de usurp. & usucap. Andr. Gail. lib. 2. obs. 110. n. 30.*

§. 48.

Extraordinariè itaqve MATER vel OBSTETRIX, quæ Somnò correpta prolem lactatam opprimit, puniendâ est.

Si scilicet Culpa aliqua præcesserit, quæ Excusationem quidem per omnia non meretur, attamen Mitigationem inducit. *l. pen. ff. de incend. ruin. naufrag.*

Si autem Nulla prælusit culpa aut negligentia, planè Excusatur. *Quirin. Kubach. in Quest. Polit. Jurid. cent. 1. Dec. 8. qv. 5. p. 207. quoniam qui Culpâ caret, ab omni Pœna immunis. est Clem. un. X. de homicid.*

§. 49.

IX. ΝΥΚΤΟΠΟΡΕΙΑ.

Hoc affectu laborantes vocantur Noctambulones, Noctivagi & Lunatici; German. *Monsüchtige / Wahnsinnige* *Quirin. Kubach. Illustr. quest. Polit. Jurid. cent. 1. Dec. 8. q. 6.*

§. 50.

Qui si Naturæ suæ vitium Sciverint, nec præcaverint, indeqve per Securitatem & Negligentiam aliquod Scelus designaverint, pœna utiqve afficiendi sunt, sed tantùm Extrâ ordinem. *Jac. Andr. Crusius de Nocte & Nocturnis offic. c. 18. n. 8. p. 340. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 60. n. 13. Ludov. Carer. in Pr. Crim. tr. de Homicid. & Assass. vers. quartò ad instar p. m. 165. n. 2. Andr. Gail. lib. 2. obs. 110. n. 30. Matth. de Afflictis super Constit. Neapolit. lib. 1. Rubr. 22. n. 6. p. m. 110.*

§. 51.

Si verò, post Scelus à Dormiente perpetratum, nulla Evigilanti placet pœnitentia, sed potius Ratihabitio, pœnæ Ordinariæ cursus vix remorandus erit. *Jac. Menoch. de A. J. qv. c. 327. n. 8.*

Ratio est, quia, quemadmodùm Ratihabitio non est actus, qui per se stat *arg. l. 28. §. 1. ff. de liberat. leg. & ubi Nihil est, quod confirmari possit, ibi Ratihabitio nihil operatur. Petr. Peck. in comment. ad c. 10. de R. J. in bñ. n. 14. p. m. 70:* ita econtrariò, quando talis Actus præcedens Adest, ad quem sese ratihabitio exserere potest, Ratihabitio locum habet, & factum ipsum confirmet.

§. 52.

§. 52.

X. EBRIETAS.

Distingvimus autem Gravem seu Enormem Ebrietatem à Levi seu Remissiori *Jodoc. Damboud. in Pr. Crim. c. 59. n. 7. Wilb. Ludwel. exerc. 18. tb. 5. litt. D.*

Ita ut Hæc, quâ rationis usus Remansit, Nullam delicti pœnam tollat; Illa autem, non quidem in Totum, sed tamen à Qualitate pœnæ excuset *l. 6. §. 7. ff. de re milit. l. 12. ff. de custod. & exhib. reor. l. un. C. si quis Imp. Maledix.*

Ratio hujus est, quia Profunda ebrietas est Privatio intellectus, per quam Oblivio sui ipsius generatur. *Ben. Carpz. part. 3. Pr. Crim. q. 146. n. 37.* sensus hominis Planè obfuscatur, Omnesque facultates judicandi adimuntur *Math. Wesenb. in π. ff. de ritu nupt. n. 8.*

§. 53.

Alii insimul distingvere solent inter Ebrietatem & Ebriositatem: ita ut hæc promiscuè puniatur; illa verò non æqvè. *Anton. Itter. in Ethic. lib. 3. c. 3. q. 3. quorsum & Jac. Menoch. inclinât, dum de Affectatâ & Dolosâ ebriete graviter statui vult. de A. J. c. 326. n. 9.*

§. 54.

Concessa tamen Mitigatio meritò cessat in eò, qui Sobrius factus se gloriatur de facinore per ebrietatem perpetratò.

Quia ista Jactatio facit, ut Ratum habere videatur scelus *Jac. Menoch. de A. J. qv. c. 326. n. 10.*

§. 55.

Nec obstat *Recessus Imperii de annò 1530. Reformation guter Policen tit. 8. Von Zutrincken. adde allegata à G. Gumpelzhaimer. de exercit. academ. part. 5. sect. 1. §. 21. p. 441.* quia tantum abest, ut Ebris transgressoribus Excusationem aliquam præbeat, ut potius Acriori pœnâ in eosdem [cujuscunqve etiam sint conditionis] animadvertat.

Respondet enim Andr. Gail. ad eundem *Recessum lib. 2. obs. no. n. 25.* hanc Imperii legem contrariò usu sublatam, vel potius Nunqvàm receptam fuisse.

§. 56.

§. 56.

XI. IRACUNDIA.

Iracundiæ calor sæpè innocentes ad crimen adducit *c. ira 68. c. 11. q. 3.* & velut brevis Furor. *Q. Horat. lib. 1. ep. 2. v. 62. Arnob. adv. Gent. lib. 1. p. 6.* animum impedit, Indè leges in tali casu Leviozem indulgent pœnam *Jac. Menoch. de A. I. qv. c. 361. n. 14.*

§. 57.

Exemplum esto Maritus Uxorem in Adulteriô deprehensam occidens; quoniam scilicet difficile est justum temperare dolorem *uti loquitur l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de Adult.*

Quantum ergò ad pœnam Legis Corneliæ de Sicariis attinet, talis Maritus Capitali suppliciô eximitur, *Gothofr. in not. ad l. 3. §. 3. ff. ad Scrm Syll. & Claud. litt. B.* sed aliis Mitioribus pœnis subjicitur: nimirum si Humilis est persona, in Exilium perpetuum traditur; sin verò Honestior, in Insulam & ad Tempus relegatur *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de Adult. l. 4. C. eod. l. 1. §. fin. ff. ad L. Corn. de Sicar.*

§. 58.

Quæritur hac occasione, annon & sponsus eodem Jure contra sponsæ deflozorem uti possit? Affirmativaverior est tum Jure Divinô, tum Jure Civili.

Jure Divinô enim, etiam Sponsæ Uxoris nomen conceditur. *Math. 1. vers. 20. & ibid. Andr. Prückn. in vindiciis n. 3. p. 5.* & quicunqve cum Desponsatâ concumbit, committit Adulterium, perindeq; ac Adulter punitur *Deut. 22. v. 23. & 24.*

Jure Civili autem non refert Matrimonium ipsum, an Spes matrimonii violetur *l. 13. §. 3. ff. ad L. Jul. de adult.* Adde quod Sponsa non solum in Favorabilibus *l. 5. C. de bon. quæ liber. sed & Odiosis ac pœnalibus, si non verbis, tamen Sententiâ legis prò Uxore habetur. l. 3. ff. ad L. Pompej. de Parricid. Am. Eckholt. comp. ff. lib. 48. tit. 5. §. 4. p. 841.*

Nec obstat, quod Adulterium tantum committatur in Nuptam *l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.* inter Sponsum autem & Sponsam non sint Nuptiæ aut Matrimonium.

C

§. 59.

Respondeo: hoc verum quidem vi Nominis, non autem Effectu & opinione Juris. *l. 5. C. de bon. quæ liber.*

§. 59.

XII. NECESSITUDO.

Necessitudo autem istas personas, quæ Consanguinitatis, Affinitatis vel aliò Juris vinculo nobis conjuncti sunt, comprehendit. *Joh. Coras. lib. 4. Miscell. c. 40. n. 5.*

§. 60.

Quamobrem si Pater filium, aut Filius patrem latronem, imò Bannitum *Jac. Menoch. de A. J. qu. c. 348. n. 7.* receptat, non eadem corripitur Severitate, quàm ipsi Latrones *vigore l. 1. ff. de receptat. L. 1. C. de his qui Latrones vel aliis criminib. reos occultav. sed tantum Arbitrariam pœnam incurrit l. 2. ff. eòd.*

§. 61.

Ratio est, quoniam Filius est pars Viscerum Patris *Ludov. Carer. in Pr. Crim. tr. de Hom. & Assass. vers. quintò excusat. p. m. 168. n. 30.* & ignoscendum est ei, qui Sangvinem suum qualiter qualiter redemptum voluit, *l. 1. ff. de bon. eor. qui antè sentent. sibi mort. consciv.*

§. 62.

Quod etiam verum est in Uxore Maritum, aut Fratrem Fratrem vel Avum, aliosque Consanguineos aut Affines recipiente. *arg. d. l. 2. ff. de recept. Jacob. de A. J. qu. c. 348. n. 10. & 11.*

Ratio esse poterat, quia Conjunctis personis vel Naturâ defensionem debemus. *Hieron. Treutl. vol. 1. Diss. 1. th. 4. litt. C.*

§. 63.

Illud quoque efficit Necessitudo, ut parcatur Patris vitæ, si non revelavit tractatum, quem filius contra Principem fecit. *Joh. Neviz. Sylv. Nupt. lib. 1. n. 59. p. 42.*

§. 64.

Sic si Pater Filium Desertorem militiæ offerat Judici, summò supplicio [quoniam lex ab isto abhorret] non afficitur, sed in Deteriorem militiam detruditur. *l. 13. §. ult. ff. de re milit. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 60. n. 29.* ubi tamen nunquam usu observari se vidisse dicit.

§. 65.

§. 65.

Furtum etiam à Coniuge commissum, non actione Furti, sed rerum Amotarum actione coërcetur. *l. 1. ff. rer. amotar.*

quia tam Atroce actionem dare in personam ita sibi Coniunctam lex erubuit, uti loquitur Justinianus in *l. 2. ff. de rer. amot. l. ult. 22. §. fin. 4. C. de furt.*

§. 66.

XIII. NECESSITAS.

Generaliter & verè dicit Beda in *c. 4. X. de R. J.* quod non est Licitum in lege, Necessitas facit Licitum.

§. 67.

Specialiter itaque statuitur, quod is, qui Necessitatis & famis tempore Victualia subtrahit, à Fraude & Ordinaria suspendii pœnâ excusetur.

Tum quia Necessitatis tempus Communionem svadet *Gloss. ad c. 3. X. de Furt.* Tum etiam [quod potius dixerim] Vitam suam redimere quâlibet ratione licet. *l. 1. in fin. ff. de bon. eor. qui antè sent. sibi mort. consciv. Wilhel. Ludwel. exerc. 15. th. 2. litt. C. ubi limitationes subjicit.*

Quò cum etiam Ordinatio Criminalis Caroli V. concordat, ubi pœnam Arbitrio Judicis committens art. 166. dicit: sollen die Richter und Urtheiler als obstehet / Raths pflegen.

Necessitatem hòc locò dicimus, quandò periculum Mortis imminet, cui aliter, quàm per Furtum eduliorum subveniri non potest. *Nicol. Vigel. ad Const. Carol. c. 8. p. m. 297.*

Quid? quod idem valeat non solùm si Cibi subtracti, sed etiam, si aliâ quævis res ex quarum venditione pecuniam fur redegit, ac postea panem sibi comparavit.

Sufficit enim si Necessitate famis coactus furtum commisit. *Ben. Carpz. in Pr. Crim. p. 2. q. 83. n. 47. & n. 50.*

§. 68.

Illud quoque exindè deciditur, quod Insultatus, si in aggressoris sui occisione limites inculpatae tutelæ excedit, Ordinariam Homicidii pœnam non incurrat.

C 2

Quia

quia tunc non propter commissum Homicidium, sed propter Excessum inculpatæ tutelæ & reatum Vindictæ Privatæ, pœna infligitur. *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult.*

Quod etiam confirmat Nemesis Carolina *art. 142. vers. ult. ubi Arbitrio Judicis pro qualitate culpæ pœna dictanda relinquitur.*

§. 69.

XIV & XV. IMPERITIA & NEGLIGENTIA.

Utut Imperitia ac Negligentia quandoque pertineat ad **Cul-**
pam latam *l. 132. ff. de R. J. & ibid. Dd. Petr. Heig. part. post. q. 26. n. 54.* quæ usu Juris **Dolo** æquiparatur *l. 32. ff. depositi.*

Tamen hoc non habet locum in Criminalibus causis & puniendis delictis *l. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar. ibiq. Gothofr. litt. R. Andr. Gail. lib. 2. obs. 110. n. 2.* præsertim ubi Capitalis pœna imponenda est; nisi à Legibus expressè cautum sit. *Rob. Maranta. in spec. aur. part. 4. dist. 1. n. 76.*

§. 70.

Medicus igitur susceptam curationem Negligenter administrans, aut ex Imperitiâ medicamentum nocivum porrigens, si exindè moriatur ægrotus, propter pœnæ Indeterminationem *in l. 6. §. 7. ff. de Off. Præs. Arbitrariè puniendus est, uti concludit Petr. Heig. part. post. q. 26. n. 56. Hillig. ad Donell. lib. 15. c. 27. litt. H.*

Et est Ratio, quoniam verus Dolus à Lege in Homicidiâ exigitur, *l. 1. pr. ff. ad L. Corn. de Sicar.* qui tamen hîc in Medicò cessat *§. 7. Inst. ad L. Aquil.* utpotè qui animò Sanandi non Necandi per Imperitiam malum adhibuit medicamentum. *Fr. Ripa in tr. de peste c. 7. n. 70. in fin.*

Accedit, quod Imperitia ac Negligentia Medici inter Criminalia Extraordinaria ponatur *in P. H. G. Ordn. art. 134. & exindè G. A. Struv. Syntagm. Jur. Civil. exerc. 48. tb. 113.*

§. 71.

Non turbat nostram assertionem illud vulgatum: qui Occasionem
nem

nem damni dat, ipsum Damnum fecisse videtur *l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. l. 15. ad L. Corn. de Sicar.*

Quia hoc verum est de Occasione quæ fit operâ rei Illicitæ, non Licitæ. *Job. Schneidew. ad §. ult. Inst. ad L. Aquil. n. 7.*

§. 72.

Hoc autem privilegium, quod Medico tribuimus, ad omnes Artificium aliquod profitentes Extendimus, etiam usq; ad caparrum vel vitulorum custodem, *uti aliàs in hac materiâ loquitur Job. Schneidew. ex Angelò in §. 7. Inst. ad L. Aquil. n. 4.* etiam ad judicem, utpotè qui malè judicandò Quasi delinquit *pr. Inst. de oblig. quæ qf. ex delictò nasc. l. ult. ff. de extraord. cognit. Wilb. Ludwel. exerc. 15. th. 13. litt. E.*

§. 73.

XVI. INFIRMITAS.

Nemo debet affectare id, in quò intelligit, vel intelligere debet Infirmitatem suam alicui periculofam futuram, *inquit Cajus in l. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil. §. 8. Inst. eòdem.*

Undè colligas Mulionem ob servum occisum non tam ex L. Corneliâ, quàm ex Lege Aquiliâ ad Æstimationem damni teneri.

§. 74.

Quamquam autem quis per talem Infirmitatem designat factum **Culposum**, tamen pœna **Dolosi** non afficitur.

Et quamvis dicti textus de Servis occisis loquantur, tamen sublatâ Hodiè servitute etiam in Liberis hominibus locum habere posse putamus: ita ut in talibus quoq; casibus Mitior pœna observe- tur. an illa Æstimationis? vix quidem; cum Liberi corporis nulla sit æstimatio *l. 1. §. 5. § l. ult. ff. de his qui effuder. vel. dejecer.*

§. 75.

XVII. IGNORANTIA

Etsi omnium Errorum mater sit *c. 1. distinct. 38.* tamen quia ejus nulla voluntas est, *arg. l. 57. ff. de Obl. & Act.* indè peccatum Excusat. *arg. l. 4. C. de serv. fugitiv.*

C 3

§. 76.

§. 76.

Hoc autem Regulariter in ignorantia Facti locum habet *l. 9. ff. de Jur. & facti ignor.* Quoniam Facta infinita sunt, factiq; interpretatio etiam prudentissimos fallere potest *l. 2. ff. eod. l. 5. ult. ff. pro suo.*

§. 77.

Sunt tamen etiam, in quibus ipsa Juris ignorantia excusatur. In quorum numerum cadunt 1. Minores *l. 9. pr. ff. de I. & F. ignor.* 2. Milites. *l. 1. C. eod.* 3. Rustici *l. 8. ff. de jurisdict. G. A. Struv. ex. 28. th. 56. ubi Limitationes subjungit.* 4. Fœminæ, de quibus nunc

§. 78.

XIIIX. SEXUS MULIEBRIS.

Quia Fœminarum natura Fragilis *l. 1. §. 15. C. de R. Uxor. Act. l. 12. pr. C. qui potior. in pign.* Imbecillis *l. 2. §. 2. ff. ad SCtm. Vellej. l. 23. pr. C. de nupt.* atq; Infirma est *l. 9. ff. de Jur. & Facti ignor.*

§. 79.

Hinc ex Simplicitate aliquid facere præsumuntur *l. 25. §. 1. ff. de probat. & Minus audere dicuntur l. 5. §. 3. C. ad L. Jul. Majest. adeoque etiam Levius sunt puniendæ.*

§. 80.

Id tamen non aliter procedit quàm in casibus à Jure expressis, & quæ sunt Juris Civilis *l. ult. C. de jur. & facti ignor.* non quæ sunt Juris Naturalis *l. 38. pr. ff. ad L. Jul. de adult.* Utpotè cujus ignorantia Indistinctè obest, ita ut hîc excusatio ab imbecillitate petita veniam nullam mereatur. *arg. l. 2. ff. de in jus vocandò Henning. Arnif. in tr. de jure connub. c. 5. sect. 8. n. 33.* Omnes enim homines Naturâ scire desiderant, *inquit Andr. Tiraqvell. in tr. de pæn. ll. temp. c. 11. n. 21.*

§. 81.

Sacrilegii itaque poenam, quæ Jure Civili Capitalis est *l. 9. ff. ad L. Jul. peculat.* [& Jure Saxonico in specie Rotæ contusionem meretur. *Ben Carpz. in pr. Crim. part. 2. q. 83. n. 19.*] effugit fœmina *l. 6. ff. ad L. Jul. peculat.*

Sic

Sic & in causis Adulteriū secundum Jus Commune, ordinatio-
nem Imperialem & jus Saxonicum commune, mitiores sentit pœ-
nas Mulier. *Dn. Job. Philippi ad Decis. Electoral. 82. obs. 1. n. 10. p. 1186.*

§. 82.

XIX. MATRIMONIUM.

Matrimonium est res favorabilis. *c. 26. ult. de sentent. & re judi-
catâ. ob utilitatem Publicam & multiplicationem Generis humani;
Job. Neviz. in Sylv. Nupt. lib. 3. n. 14.*

Favor ille etiam in Pœnalibus locum habet. Nam post Re-
conciliationem super adulteriō inter conjuges factam pœna Ordina-
ria cessat. *Dn. Job. Philippi ad Decis. Elector. 82. obs. 3. p. 1193.* Et
clara est dispositio Sereniss. Electoris Augusti *p. 4. Constit. 19. verb.*
Dem Ehestande zu Ehren die Straffe etwas gemindert werde.

§. 83.

Sivè autem Expressè Reconciliatio supervenerit, sivè Tacitè
[putà copulâ Carnali postmodum secutâ, sed tamen ut pars læsa pri-
us sciverit] nihil interest.

Ratio ejus est, quoniam Quævis injuria dissimulatione & ami-
câ conversatione extingvitur. *§. ult. Inst. & l. 1. §. 1. ff. de injur.* Præ-
fertim cum & Osculum sit indicium charitatis, amicitix & consen-
sus. *Ben. Carpz. part. 2. Pr. crim. q. 97. n. 50.*

§. 84.

Quæritur hîc an Fur, quem

PUELLA INTERCEDENS

In Matrimonium petit, ab Omni pœnâ ideò sit liberandus?

Affirmant hoc *Sebast. Medicis in tr. Mors omnia solvit. parte 1. n.*
158. Andr. Tiragvell. de pœn. ll. temper. c. 56. n. 1. quod de meretrice
intelligunt item Job. Neviz. in Sylv. Nupt. lib. 1. n. 62. in fin. & Jul.
Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 98. n. 6. qui hanc Rationem addit: quia qui
Meretricem in matrimonium ducit, istam à Semitâ Erroris abdu-
cit, & sic ad peccatorum remissionem eidem proficit c. 20. X. de
Spons.

§. 85.

Nos autem, ut talis casus Mitiori pœnæ locum facere possit, Omnimodam remissionem negamus, totumq; negotium non Inferioris Judicis, sed Principis circumspecto arbitrio relinquimus. *Quam in rem est notabilis textus in l. 45. §. 1. ff. de re judicatâ.*

Ratio est, quoniam leges Judicem, qui sine magnâ & evidenti causâ Mitiozem, quàm statuta est, pœnam imponit, Infamem pronunciant, Eiqve eandem, quam aliis remisit, dicunt. *l. 8. §. 2. C. ad L. Jul. de vi publ. vel. priv. l. ult. C. ne sanct. baptisma iteretur.*

§. 86.

XX. VENTER PRÆGNANS.

Ut foetus servetur Salvus & illæsus *arg. l. 18. ff. de stat. hom. neve calamitas Matris noceat ei, qui in Uterò est l. 5. §. 2. ff. eod. sæpè parcitur facinorosis fœminis.*

§. 87.

Ac proindè fit ut Mulier prægnans Tormentis subijci nequeat *l. 3. ff. de pœn. Quoniam facilè aliquid extrinsecus accidere potest, quod corpus ejus in valetudinem immitat l. 14. §. 2. ff. de edilit. edict.*

§. 88.

Imò nec metu Præsentis Carnificis terreri possit. *Job. Harpr. ad §. 5. Inst. de publ. Judic. n. 189.*

Quia ex Terrore & comminatione facilè sequi potest abortus. *Ben. Carpz. part. 3. Pr. Crim. q. 118. n. 62.*

§. 89.

Neq; etiam Vitâ privanda venit mulier, priusquam partus editus est *l. 18. ff. de statu homin. Confer Job. Philippi usum Pract. Inst. lib. 1. ecl. 36. ubi Fustigationis pœnam prægnanti dictatam non solum differendam, sed etiam Mitigandam esse statuit.*

§. 90.

XXI. DIGNITAS.

Distributivæ justitiæ indoles est, ut non solum Præmia, sed etiam Pœnæ secundum cujusqve personæ Qualitatem & Dignitatem

tem explicentur & applicentur. *Bern. Scotan. exam. ff. part. 1. p. 2.*
 Varia hujus observationis exempla sequuntur.

§. 91.

INCENDIUM datâ operâ in Civitate instruens, si in Gra-
 du aliquo constitutus id fecerit, capite punitur; si Humiliori locô,
 bestiis objicitur *l. 12. §. 1. ff. de incend. ruin. naufrag.*

§. 92.

Honestiore locô natus, si SACRILEGIUM commisit, in
 Insulam deportatur *l. 6. l. 10. §. 1. ff. ad L. Jul. Peculat;* qui Sordidi-
 oris conditionis est, capite punitur *arg. l. 9. pr. ff. eod.*

§. 93.

Si Honestior VIOLAVIT SEPULCRUM, vel in Insu-
 lam deportatur, aut relegatur, aut in Metallum damnatur; Humi-
 lioris autem fortunæ summô afficiuntur Supplicio. *l. 11. ff. de se-
 pulcrô violatô.*

§. 94.

ABACTOR PECUDUM & FUR BALNEARIUS
 Digniori locô natus, aut relegatur, aut ordine movetur; Levioris
 conditionis homo in Metallum aut Opus publicum damnatur, vel
 etiam Gladii pœnam incurrit *l. 1. §. 3. ff. de abigcis. l. 1. ff. de fur.
 balnear.*

§. 95.

Et hæc quidem vera sunt, si Digniorum personarum pœna
 ipsô jure definita est, quia tunc Judex, qui Legum Minister est,
 non Arbiter, illud præprimis observare debet, ne aliter judicet,
 quàm Legibus aut Moribus proditum est. *pr. Inst. de Offic. Judic.
 ibiq. Arnold. Vinn.*

Secus autem si pœna Indefinita est. Quô quidem casu ju-
 dici sincerum Arbitrium relinquitur *cum Jac. Menoch. de A. J. qv. 6.
 518. n. 9. facit l. 1. §. 1. ff. de Effractor. l. 3. C. de servis Fugitiv. l. 14. C. de
 his qui accusare non possunt.*

§. 96.

Nec obstat, quod Crimen FALSUS gravius puniatur in iis qui
 D in

in Dignitate constituti sunt quàm in Ignobilioribus. *l. 28. C. de Episc. & Cler.*

Respondeo, Specialis subest ratio: quoniam, sicut à Dignitate falsitas est alienissima; ita & à Dignioribus & Nobilioribus abesse debet maximè. *Math. Wesenbec. in π. ff. de fals. n. 12. in fin.*

§. 97.

XXII. CONATUS.

Qui est actus Voluntatis exterior ad delictum perpetrandum directus. *G. A. Struv. in Syntagm. Jur. Civil. exerc. 48. th. 5.* & hic, quamvis ad Actum proximum proruperit nunquam Ordinariâ afficitur poenâ; nisi Expressis lex jubeat verbis. *Ben. Carpz. in Pr. Crim. p. 1. q. 17. n. 13.* Quoniam Affectus non punitur, nisi sequatur Effectus. *arg. l. 18. ff. de poen.*

§. 98.

Quod in HOMICIDII propositio hodiè locum habere admittunt, *Georg. A. Struv. Synt. Jur. Civil. exerc. 48. th. 50. & Am. Ekch. comp. ff. ad L. Corn. de Sicar. §. 4.*

§. 99.

Idemque in STUPRO in puerò aut puellâ attentatò [non consummatò] obtinet *l. 1. §. 2. ff. de extraord. crimin. Just. Meier. in C. J. A. lib. 48. tit. 5. th. 24.*

Nam qui vim stuprosam inferre tentavit, sed utcumque prohibitus fuerit, *secund. Constit. Carol. art. 119.* Arbitriò Judicis punitur.

§. 100.

Fur, qui conclave furandi causâ intrat, sed repertus facinus non perpetrat, non nisi Injuriarum actione tenetur. *l. 21. §. 7. ff. de furt. aut Extrà ordinem punitur. l. 7. ff. de extraord. crimin.*

§. 101.

Utut autem hæc sint Vera; Fallunt tamen in iis Criminibus aut delictis, quibus Enormiter Respublica læditur: quippe quæ per delictorum [etiam in Herbâ, ut ita loquar] coërcitionem salva atque tranquilla maximè servanda est. *Videatur G. A. Struv. exerc. 48. th. 6.*

Exem-

Exempla talium delictorum sunt 1.) crimen Majestatis læsæ *l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Majest.* 2.) Falsi in quibusdam casibus. *Jac. Menoch. de A. J. qv. c. 360. n. 65.* 3.) Diffidationis. *Ben. Carpz. p. 1. Pr. Crim. qv. 37. n. 11. Am. Eckholt. in comp. ff. de extraord. crim. §. 5.* 4.) Assassinium, quod Crimini læsæ Majestatis æquiparatur à *Ludov. Carer. in Pr. Crim. tr. de Hom. & Assass. §. circa igitur tertium n. 31. p. m. 140. Jac. Menoch. C. 360. n. 39.*

§. 102.

XXIII. CONSILIUM.

Consilium dare videtur, qui persuadet & impellit ad aliquid faciendum, inquit *Just. Meier. in C. J. A. lib. 47. tit. 1. th. 14. in fin.*

§. 103.

Et hoc, si quidem Antè factum vel In ipsò factò præstatur, distinguitur:

Aut quis delictum aliàs Non erat perpetraturus, & tunc si consummatum, quoniam hujus mali consultoris malum consilium secutus est, *Jacob. Menoch. de A. J. qv. C. 351. n. 6. uterqve Ordinariè tenebitur l. 50. §. 2. l. 52. §. 19. ff. de furt. Abert. de Gandinò super Rubr. de pæn. reor. c. 36. p. m. 176.*

Sin verò absqve consiliò svadentis scelus aliàs Erat perpetraturus, tunc quia Consilium liberum saltèm voluntatem excitat, nullamqve prætensæ Necessitatis speciem naturâ suâ habet, arbitriò Judicis Consulens erit plectendus *Georg. Schultz. in Synops. ad tit. 1. lib. 4. Inst. litt. K.*

§. 104.

Sed quid, si Antè consummationem facinoris svadens Pœnituit, quam pœnam incurret? Extraordinariam.

Ratio est, quia res, quæ Mali exempli est, debet Reprobari *l. 1. pr. ff. ad SCtm. Macedon. & delicti venia Pœnitentibus danda. l. 4. §. 6. C. de Heret. & Manich. l. 28. C. de Appellat. l. 3. C. de Apost.*

§. 105.

XXIV. AUXILIUM.

Si quidem auxilians actui Proximo delicti sese immiscuerit, Ordinariè punietur. *Georg. Schulz. in Synops. Inst. tit. 1. lib. 4. litt. I.*

D 2

Ordi-

Quoniam ubi major Culpa est, ibi major Poena esse & infligi debet. *arg. l. 28. §. 3. ff. de pœn.*

Quod posterius etiam verum est, si Post perpetratum crimen Opem tulerit ad delictum Occultandum. *arg. l. ult. §. fin. ff. de abigeis. §. 106.*

XXV. MULTITUDO DELINQVENTIUM.

Multitudine enim delinqvente, quia non Hujus aut illius periculum, sed Plurimorum strages versatur, detrahendum aliquid est severitati *can. 25. dist. 50. cap. 9. q. 1. can. 5. cap. 4. X. de Clerico excommun.*

Ac proinde poena Capitalis vel in Pecuniariam, prò Judicis arbitriò, mutanda *Jac. Menoch. de A. J. C. 598. n. 36.* vel si non in are solvi potest poena, fortitione factâ in Quosdam tantummodò animadvertendum. Ut sic metus ad Omnes, poena ad Paucos perveniat *l. 1. C. ad L. Jul. repetund.*

Id tamen fallit in crimine Majestatis læsæ, ubi non Universitates solum, sed & Urbes sæpissime everisæ ac dirutæ sunt. *Jacob. Menoch. de A. J. qv. c. 598. n. 26. & seqq. ubi multa exempla recenset, nescio an undiqv aq. probanda. §. 107.*

Illud controversiâ non caret, an

EXCELLENTIA ARTIFICIS,

quâ publicæ Utilitati maximè subvenitur, Mitigationem poenæ mereatur?

Sanè, cum Malis hominibus provincia purganda sit, ut Pacata esse possit Respublica *l. 13. pr. ff. de Offic. Presid. & malum Malò curare non liceat, nisi curandò pejora vulnera facere velimus Petr. Heig. part. post. q. 39. n. 77.* prò Ordinariâ Poenâ pronunciantum esse videtur.

Sed cum etiam Publica utilitas semper præponderare debeat *l. 51. §. 2. vers. multa autem. ff. ad L. Aquil.* adeò ut ob hanc à Regulis juris communis sæpissime recedatur. *Andr. Gail. lib. 1. Observ. 13. n. 3. & 4.* vix potest omnis Mitigatio poenæ damnari. *Dd. ad l. ad bestias 31. ff. de pœn.* Scili-

Scilicet si contingat consulto Principe *Ben. Carpz. Pr. Crim. qv. 149. n. 65.* & in pœnis Corporalibus Afflictivis *Ludovic. Carer. in Pr. Crim. §. circa itaq³ secundum ex quibus causis & c. p. m. 243. n. 3.* ubi dicit, si pïctori Manus amputanda sit, posse eundem & in unô Digtô puniri.

§. 108.

Poterant plures Temperamenti pœnalis fontes adduci, putâ

ADMINISTRATIO invito delata *l. 55. §. 1. ff. de administr. tutor.*

& ibi *Gothofr.*

ANTE ACTA VITA *l. 5. pr. l. 3. §. 12. ff. de re militari.*

CONFESSIO SPONTANEA *l. un. C. ne tutor vel Curator veftigal.*

DIUTURNITAS REATUS & CARCERIS *l. 25. ff. de Pœnis.*

EVENTUS CRIMINIS SALUTARIS; *ita colligit Andr. Tiraqvell. l. 2.*

§. 7. ff. de Orig. Jur.

INDICATIO SUI IPSIUS *ad l. un. C. de his qui se deferunt Joh.*

Brunneman. comm.

MERITA PUBLICA *l. 5. §. ult. ff. de re militari.*

POENITENTIA IN DELICTIS IMPERFECTIS *l. 11. ff. de in jus vocandô.*

PAUPERITAS, si eâ delicti consultrix *l. 6. §. ult. 9. ff. de officiô Præsîd.*

RESTITUTIO REI FURTIVÆ *Ben. Carpz. p. 2. Pr. Crim. qv. 80. n. 9.*

SUPERIORIS JUSSUS *l. 8. pr. C. de vi publ.*

Sed, cum superiorâ capita solitæ brevitatis modulum excedere jufferint, temperabo calamo, ne, si Temperamenta pœnrum adducere pergat, in Intemperantiæ pœnam incidat.

Sit ergò hîc

FINIS
&
Gloria DEO!

D 3

Inten-

Intenditur Remittitur
Solertis arcus Militis:
Prudentis est & Judicis
in casibus *Pœnalibus*
arcus suæ Sententiæ
Intendere aut Remittere.

Remissio ex causis quibus
procedat, aptè differit

GOTFREDUS isthic HORNIUS,
Aggratulante PRÆSIDE!

AD DOCTISSIMUM DISPUT. AUTOREM,
Ad finem dilectissimum.

HORNI, si pœnæ gratum est moderamen acer-
Quid potuit scripto gratius esse Tuo? (ba,
Si quoq; difficile est pœnæ moderamen habere,
Quidni difficilis sit labor ille Tuus?

Est gratus THEMIDI; hæc laudat tua cornea verba,
Et labor hic, dixit, pulchra brabea ferat!

Inde Tibi grator, grator simul atq; Parenti,
Sis, precor & Cornu præsidiumq; reis!

Fundeat ex tempore inter occupat.
Scholast.

M. Johannes Stohr / Electoral.
ad Muldam Gymnasii Collega Tertius.

Son

Sonnet.

As Frucht / Horn Herculis mit seinen Nutz-
barkeiten
Und Amalthæens Guth entziehet sich dem nicht
Der die Gesetze liebt. Wer seine Sinnen
bricht /

Fest an der Weisheit hängt / und sich läßt Tugend leiten /
Bleibt unbegütert nicht. Wenn scheint hart zu streiten
Oft der Gesetz-Verstand / so reicher Sie das Licht
Daß alles heiter wird. Wenn Recht und Unrecht
sicht /

Ist es der Weisheit nur das Recht von Unrecht scheiden.
Ist steht ein fruchtbar Horn sehr reichlich angehäuffet /
Und zeigt der Weisheit Frucht / daß alles fleußt und
träuffet

In schöner Lieblichkeit dort in der Themis Haus.
Die Frucht sieht trefflich auß und stuzt in ihrer Blüthe:
Astræa feuchte Sie von oben ab mit Gütthe /
Daß in dem Wachsthum Sie sich breite fer-
ner auß!

Mit diesen wenigen wolten gegen dem Herrn
Respondenten ihre Schuldigkeit
ablegen

sämtliche

Tischbursche.

So dämpfft dein Fleiß und Schweiß die Nebel
dieser Nacht /
Die sich ums tunne Hirn des faulen Pöbels
macht /

Daß

Daß man Dich sieht erhöht nunmehr bey
Astræen /
Und derer Söhne / Kohr das Recht verfechtend
sehen.

Fahr fort! Ehr' ist der Lohn / den deine Mühe bringt /
Und die sich mit dir selbst / bis zu den Sternen schwingt.

Dieses setzet eilfertig / doch wohlmeynend
hinzu des Herrn Respondentis
treu-beständiger Bruder

Moriz Christoff Horn /
Med. Stud.



Leipzig, Diss., 1672 (1)


TA-OL


32.1+28



1077







B.I.G.

Farbkarte #13

1622 3/6

JURIDICA
MENTIS
RUM,

RUM ORDINIS

D I O
I
NSULTISSIMI
TISSIMI

Reußendorf. Siles.
ajoris Princip. Collegii
nissimi,

tis honorandi,
itioni
672. H. L. Q. C.

E
REDO HONN/
ifn.

E,
ICI HAHNIL.